



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

18. Dies Febrvarii. Inter medios ignium globos, damnata natura dat
pabulum, & accipit incrementum. Eusebius Emisse.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

18. DIES FEBRVARII.

Inter medios ignium globos, damnata
natura dat pabulum, & accipit incre-
mentum. Ensebius Emisse.

Ignis. I.

Superest inter sensus, Tactus, sen-
sus brutalissimus, latissimè patens,
& ideo maximè patiens. In tactu
itaque pœnatum sensus est, hic
tormentorum compendium simul, & cumulus, sic
totus Tartarus videtur contractus, & comprehen-
sus: nisi contra mavis dicere per universam Tartari
vastitatem, hic sensus ad dolorem, ita est dilatatus, ut
sicut ubique ignis, ubique flamma, ubique sulphur
accensum, sic ubique tactus, & usquequaque crucie-
tur. Itaque à planta pedis, usque ad verticem capitis,
non tantum totus erit igneus, sed quasi ignis. Porro
tactus sensu blandietur ignis tam atrox, ac violentus,
ut pungere temporis posset animas ex corporibus ab-
ripere, omni membrorum temperie dissoluta, nisi
Divina Potentia illas ibi retineret iavitas. Imo tanta
est illius ignis vehementia, ut unica, eaque minima
illius ignis scintilla posset totum corpus momento
uno redigere in cineres, & favillas. Quid erit quando
totum corpus, piscis instar, immersum erit, & natabit
per stagnum ignis, & sulphuris?

II. Igitur Anima impotens eruipendi è suo car-
cere, quem undique obsidebit incendium, torrebi-
tur intus, & stridore dentium, diroque ululatu-

suorum

suorum proder magnitudinem dolorum. Ibi dor-
sum assuetum plumæ molliculæ, tenuissimo quelino,
& manus tactibus impudicis, totum denique cor-
pus inconcessis voluptatibus mancipatum, discer ex-
perientia, verè tunc sæva magistra, quām constet ca-
ro, hic lenocinari nimium carni. Quale erit illud tor-
mentum ubi damnatus suo corpori ignis dat pabu-
lum, & inde accipit ignis incrementum. De hoc
igne ad terrorem sævè differit Chrysostomus. (a) *In*
ignis fluvium, atque pelagus intrudentur, pelagus in-
transibile atque magnitudine acerbissimum, in quo igne
fluctus, montium instar eriguntur. Accedit ad cumu-
lum pœnæ, quod corpora damnatorum, post Judi-
cium futura sint maximè infirma, & supra omnem
modum ac fidem sensitiva, ut loquuntur Philoso-
phi, ut etiam ex minimo tormento, maximum per-
cepturi sint cruciatum: unus morsus culicis plus il-
los cruciabit, quām hic cadentis forcipis. Graviorem
dolorem adferet solus contactus, quām nunc vel
percussio, vel flagellatio gravissima. Imò erunt
adeò sensibilia, ut levissimus etiam contactus u-
nius capilli, majorem iis dolorem allaturus sit,
quām si in hoc mundo vivi igne cremaren-
tur.

III. Quid ad hæc dicis, dum hæc legis? quid co-
gitas? Quid tibi de igne illo inextinguibili videtur?
Si in lecto cygneis plumis molliter strato decum-
bens, morte gravius autumas insomnem noctem
ducere, ob levem quām tibi adfert molestiam; si tam
impatienter tardantem auroram expectas, quid face-
res si lecto ignito ferreis catenis, iisque cadentibus
illiga-

(a) *Serm. de gehenna.*

iar.
dor-
lino,
cor-
et ex-
et ca-
l tor-
abu-
e hoc
a) In
us in-
igni
imu-
Judi-
nnem
loso-
per-
us il-
orem
c vel
erunt
us u-
s fit,
uren-

I co-
tur?
um-
Et em
tam
face-
ibus
iga-

Februari.

Tessera.

133

illigatus essem per perpetuam vigilans & in tam diuturnae, & tedium noctis caligine, nulla aut aurora aut sois venturi spes tibi affulgeret. Si adeo mollis, & delicatus es, ut muscae unius, aut calicis, vel pulicis punctiuncula non possis sustinere; si triduana febris, aut exigui temporis hemicrania ita te turbet, & exagitet, ut querulis aera vocibus fatiges, quo pacto ardores sempiternos perferes? Certè si oporteret te per omnem æternitatem sustinere pœnam; quam tibi inferret minima ignis nostri scintillula, ut eam evaderes, conferre te ad detum, ut in aliquo spæleo inter preces, & vigilias, & jejunia, summaque austritate, ætatem transfigeres, licet ad centum annos vitam essem propagaturus. Cur modo non abstines ab his, & illis delictis, propter quæ aliquando audies, ex supremi Judicis ore, I maledicte in ignem æternum? vel nullam habes fidem, vel amilisti mentem, adeoque es vel Hæreticus, vel plane stolidus, qui tantas prævidens pœnas, non studiosius declinas culpas. Insidet menti hoc metrum:

Sunt ibi pro lignis, homines miseri, cibus ignis.

19. DIES FEBRUARII.

Æternæ civitatis januas nobis desperatio claudit. *Isidorus de nom. bon. l.2.*

Desperatio. I.

SEmel clausâ januâ æternæ civitatis, sequitur desperatio obtinen-
dæ salutis. Illius, januae cardines, nullæ convellunt machinæ,

I 3

illius